fuisse legitur. et in hac quoque tria nichilominus a deo requiruntur. Fuit
in ea oblatione ioseph sponsus matris domini cuius filius putabatur. Fuit et ipsa
virgo mater et puer ihesus qui offerebatur. Sit ergo in oblatione nostra consta
ntia virilis. sit continentia carnis. sit conscientia humilis. Sit nimirum in proposito a
nimus virilis. sit in continentia castitas virginalis. sit in conscientia simplicitas
et humilitas puerilis. Sermo in septuagesima.

Magna michi consolatio est fratres mei in verbo illo domini. qui ex deo
est verba dei audit propterea enim vos libenter auditis quia ex deo
estis. Nec ignoro quod in loco alio dicit scriptura. Ex ipso et per ipsum
et in ipso sunt omnia. Sed multo aliter sunt ex eo qui secundum beatum iohannem evange
listam non ex voluntate carnis nati sunt sed ex deo. Unde et invenies ab eodem
iohanne in epistola sua scriptum. Omnis qui natus est ex deo non peccat sed gene
ratio celestis conservat illum. Non peccat inquit id est peccatum non manet in pec
cato quia conservat illum utique et perire non possit ea que falli non potest celestis
generatio. Sive non peccat id est tantundem est ac si non peccaret pro eo scilicet quod non
imputatur et peccatum generatio enim celestis etiam in hac parte conservat illum. Sed
generationem istam quis enarrabit? Quis potest dicere ego de electis sum ego de
predestinatis ad vitam ego de numero filiorum. Quis inquam potest dicere reclamante
nimirum scriptura nescit homo si sit dignus amore an odio? Certitu
dinem utique non habemus sed spei fiducia consolatur nos ne dubitationis hu
ius anxietate penitus crucientur. Propter hoc data sunt signa quedam
et indicia manifesta salutis ut indubitabile sit eum esse de numero electo
rum in quo ea signa permanserint. Propter hoc inquam quos prescivit deus — Rom 8
et predestinavit conformes fieri ymaginis filii sui ut quibus certitudinem
negat causa sollicitudinis vel fiduciam prestet gratia consolationis. Hoc enim
est unde semper solliciti in timore et tremore humiliemur sub po
tenti manu dei quia quales simus nosse possumus vel ex parte. quales au
tem futuri simus id nosse penitus nobis impossibile. Itaque qui stat vide
at ne cadat et in ea forma que salutis indicium est et argumentum predestina
tionis perseveret atque proficiat. Porro inter ea que fiduciam prestant et
maximum spei vim id maximum est de quo nunc cepimus loqui. qui ex deo est
verba dei audit. Nonnullos enim se in verbo audientes invenies ac si nichil
ad eos pertineant que dicuntur non mutare vitam suam non distruere mores su
os non cogitare ne forte quod audiunt dampnum sit super eos. Magis autem si for
te sermo dei vivus et efficax qui suo et non eius qui loquitur arbitrio fer
tur quorumlibet voluerit si inquam manifeste adversus vitia illa processe
rit quibus sese illi sentiunt obligatos dissimulant et avertunt oculos ne vi
deant aut qualibet adinventione palliant vitia et seducunt miseri seipsos
In hiis ergo salutis signa non video magis autem vereor ne forte prop
terea non audiant verba dei quia non sunt ipsi ex deo. In vobis fratres gratias
deo vere invenio aures audiendi nimirum cum in emendatione vite sermo

ita appareat fructus verbi. Sed etiam ut loquendi fateor non mediocrem ego sentio fervorem studii vestri. Etenim quanto habundantius sugge[r]itis tanto amplius replet ubera virtus spiritus sancti et tanto copiosius datur quod propinem vobis quanto citius quod propinatur hauritis. Propterea saepius loquor vobis etiam praeter consuetudinem ordinis nostri, sermo enim quem dixeram. Si quid supererogaveritis ego rediens reddam tibi. Initium septuagesimae fratres hodie celebramus cuius nomen in universa ecclesia celebre satis habetur. Jam vero dico vobis tempus quod plurimum in hoc nomine compatior michi ipsi et commonet intra me spiritus meus suspirans in interim ad patriam illam ubi nec numerus est nec mensura nec pondus. Quamdiu enim in pondere et mensura et numero universa recipis et omnia bona recipio. Quanti mercenarii in domo patris mei habundant panibus ego autem hic fame pereo. Nam de corporali cibo ad adam dictum est et pervenit usque ad me. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Sed et cum laboraverit panis datur nisi in pondere, potus in mensura, pulmentum in numero. Et de corporali quidem sit. Quid vero de spirituali? Utique prius comedam suspiro antequam vero cum suspiravero et flevero vel fragmentum exiguum mendico de caelesti convivio etiam numquam catelli edam de micis que cadunt de mensa dominorum. O ebrietas civitatis regis magni quam ex adipe frumenti satiat te et quam fluminis impetus laetificat. In te nec pondus utique nec mensura sed superfluens est et affluentia plena. Sed nec habes numerum quippe cum propriato omni idipsum. Ego vero quando totus sum in dissimilitudine et numero quando veniam ad unitatem illam quam requiro? Quando satiabor apparente gloria tua domine? Quando inebriabor ab ubertate domus tuae et torrente voluptatis tuae quando potabis me? Nunc etiam tam exigua sunt stillicidia stillantia super terram ut nec glutire quidem possim salivam meam. Sic omnino est sic interim est fratres quoniam omnia mundana in pondere et numero et mensura sed veniet dies quando fiet omnium cessatio. Ita de numero quidem legimus quando sapientiae illius non est numerus. Et in alio loco apud eundem prophetam: Delectationes in dextera tua usque in finem. Audi etiam apud apostolum pondus sine pondere: Supra modum in sublimitate aeternum pondus gloriae. Audi pondus aeternum sed attende quod praemisit supra modum. Sic et Christum audio mensuram sine mensura promittentem: Mensuram bonam confertam coagitatam et supereffluentem. Sed quando veniet istud? Profecto in fine praesentis septuagesimae quod est tempus captivitatis nostrae. Sic enim legimus quod captivi Babilonis filii Israhel septuaginta annorum septuaginta quibus transactis redeuntur in sua cum instauratum est templum et civitas reedificata. Ait vero captivitatis nostrae fratres quando finietur quae tot annis ab initio usque mundi protenditur? Quando liberabimur a servitute ista quando restituetur Jerusalem civitas sancta? Utique completa hac septuagesima que ex denario et septenario constat propter decem mandata que accepimus et septem impedimenta quibus a mandatorum obedientia retardamur. Primum enim impedimentum nostrum est corruptio generis. Ipsa est necessitas huius miseri corporis quod dum modo semper nunc cibo nunc veste etc iam

in dare

Septem impedimenta quibus retardamur a mandatorum obedientia

silua querit haud dubium quin frequenter impediat nos ab exercicio spirituali. Secundo loco impediunt vicia cordis ut est leuitas suspicio impaciencia atque inde o motus laudis appetitus et alia que cotidie experimur in nobis. Tercium et quartum impedimentum accipe prosperitatem huius seculi et aduersitatem. Sicut enim corpus quod corrumpitur aggrauat animam sic deprimit etiam terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Utrumque ergo time a laqueo temptantis et quere arma iusticie a dextris et a sinistris. Quintum impedimentum grauissimum et periculosissimum ignorancia nostra est. In multis enim et non modo habemus quid agere debeamus, item ut quid oremus sicut oportet nescimus.

Sextum impedimentum est aduersarius noster qui tamquam leo rugiens circuit querens quem deuoret. Atque utinam in sex tribulacionibus istis liberaremur ut vel in septima non tangeret nos malum nec apprehenderet nos periculum in falsis fratribus. Utinam soli impugnarent nos maligni spiritus cum suggestionibus suis et nichil nocerent homines peruersi exemplis persuasionibus importunis, sermonibus adulacionis vel detractionis atque aliis mille modis. Videtis certe quam necessarium sit ut aduersus hec septem pericula quibus impedimur septiformis sancti spiritus auxilio subleuemur. Pro hiis enim septem quibus ab obseruancia decalogi excludimur in luctu penitencie septuagesima presens agitur. Unde et retrahemus interim alleluia solempne et huiusmodi transgressionis hystoria miserabilis ab exordio recensetur. Ad quid agitur septuagesima

Sermo in septuagesima de duplici sopore.

Immisit dominus soporem in adam. Immisit et in secundum: factus est in misterium secundus adam sed est distancia forte non parua. Ille enim soporatus videtur per excessum contemplationis ... in illum soporem immiserit veritas in hunc caritas cum utrumque sit dominus. Deus enim iohannes euangelista deus caritas est. et ipse dominus: Ego sum via veritas et vita. Sane soporem christi solius caritatis fuisse nemo dubitat vel nominetenus christianus. Siquidem attribuit ut leo non victus plane sed virtute potestate propria ponens animam somnum mortis excipiens propria voluntate. Ceterum qualis et ille sopor fuisse dicendus est vel credendus quem misit dominus in adam in quo sic sensu omne dolores inmodice ad confirmandam costam sublata est de lateris documentis? Michi quidem non nisi incommutabilis veritatis intuitu et abyssum diuine sapientie corporeis excedens sensibus obdormisse videtur quod ex eius verbis vel maxime conici potest. Rediens nimirum indicat quo abisset dum tamquam ebrius de cella vinaria veniens et eructans illud magnum sacramentum quod tanto post in christo et ecclesia apostolus commendauit. Hoc nunc inquit os ex ossibus meis etc. propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adherebit uxori sue et erunt duo in carne una. An tibi penitus obdormisse videtur qui in hanc vocem exultationis erupit et non magis dicere potuisse: Ego dormio et cor meum vigilat. Verum id quidem sic principio dixerim si non forte aliter visum fuerit maxime si quid aliud in sacris paginis inuenitur. Neque enim eum arbitror fuisse soporatum aut nimis solum

Sompnus quies nec contemplationis excessus nec ministrationis affectus sed infirmi-
tatis defectus iniicitur quos nec veritas nec caritas sed necessitas parit. Gra-
ue siquidem iugum super filios adam non sic in principio super adam sed nunc usque super
per filios eius. Quid non grave miseris quibus et quod parum videtur adver-
tere sentire penitus nemo ipse quoque sensualitatis usus invenitur oneri a
deo ut requireret sustinere nisi aliqua requie foveatur. Quid non labor et do-
lor et afflictio spiritus ex omnibus que sub sole sunt quid et illud etiam ignominiosissimum est
quo potissimum delectatur vegetatio scilicet et sensificatio carnis. Nimirum
quod sit et dulce consortium triste divortium manifestat dum vix tandem avel-
li potest cum corruptio ipsa corporis penitus intellectualis est vegetanti. Sa-
ne non simpliciter corpus sed corpus quod corrumpitur aggravat animam ut divinus
ab hoc gravamine primi parentis animam noveris extitisse donec corpus adhuc
gereret incorruptum. Nimirum in libertate positus eundem ut inter summa et infima
versans et in illa excederet sine difficultate et ad hec sine illecebra aut necessitate
descenderet. illa penetrans naturali vivacitate et puritate mentis. hec auctorita-
te dividendis presidens. Denique adducta sunt animalia ad adam ut videret quid vo-
caret ea. Nec ipse aliqua necessitate ductus est ut illa videret. Non sic in nobis libe-
re manent sed undique et luctandum est. Sic eius et ab infimis visio quodam capti-
va tenetur et a summis indigna repellitur ut neque ab his sine dolore possit avel-
li nec ad illa sine magno gemitu vel raro queat admitti. Hinc nempe unum
sentiunt qui experiuntur animam meam et clamare necesse sit. Infelix ego homo
quis me liberabit de corpore mortis huius. Vix de pusillo commedium suspen-
sus regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud. Nichilominus tamen et
illic unitas et hic tenenda divisio est sicut et adam separatus est in contem-
platione et animalia nomina imponendo discrevit. Sic nimirum sit et abraham
in stephano quidem non volaverunt sed animalia legitur divisisse et martha er-
ga multa turbatur cum unum sit necessarium. Necessarium plane unum et maxime
necessarium quia partem hanc optimam que non auferetur. Cessabit divisio cum vene-
rit plenitudo et erit tota civitas sicut chethim participatio in idipsum. Interim spi-
ritus sapientie non modo unicus sed et multiplex est interiora quidem in unitate so-
lidans sed sub mediatione exteriora distinguens. Utrumque tibi in primitiva ecclesia
commendatur quia multitudinis credentium erat cor unum et anima una ne volunt-
tas sanctorum. Dividebatur autem singulis prout cuique opus erat ut animalia
sentirent. Sic igitur etiam in nobis sit unitas animorum unitas sit cordis diligen-
do unum adherendo uni et idipsum invicem sentiendo. Sic nimirum exterior ip-
sa divisio et evadit periculum et scandalum non incurret dum videlicet et si
propria cuique collocata propria quoque non magnum in exterius agendis sententi-
na sed et diversa modum donationum sunt gratiam nec membra omnia actum eundem
videntur habere unitas tamen interior et unanimitatis ipsam quoque multiplici-
tate colligat et constringit caritatis glutino et vinculo pacis. Ser-
mo in capite ieiunii quomodo debeamus ungere et caput nostrum et

finem vitam.

Hodie dilectissimi sacrum quadragesime tempus ingredimur tempus
militie christiane. Non nobis singularis est hec observatio una
omnium est quorum eadem fidei convenit unitas. Quid ni enim commu-
ne sit christi ieiunium omnibus christianis? quid ni caput suum membra sequantur?
Si bona suscepimus ab hoc capite mala autem quare non sustineamus? An
respuere tristicia volumus et communicare iocundis? Si ita est indignos nos ca-
pitis huius participatione probamus. Omne enim quod patitur ille pro nobis est. Et
si in opere salutis nostre et collaborare piget in quo deinceps coadiutores nos
exhibebimus illi. Non est magnum si ieiunet cum christo qui sessurus est ad mensam
suam patris cum christo. non est magnum si compatiatur membrum capiti cum quo et glo-
rificandum est. Felix membrum quod huic adheserit per omnia capiti et sequitur
illud quocumque ierit. Alioquin si forte abscindi separarique contingat prive-
tur statim necesse est etiam spiritu vite. quoniam enim capiti portio non coheret
unde et iam sensus aut vita. Nec sine dolore qui expositum occupet
ut ne tunc siquidem sit absque capite. Germinabit cuius scilicet vindex amari-
tudinis venenatum caput cum pullulabit. Illud magnum caput quod in eo con-
tinuerat an mulier fortis in ecclesia. dico autem quia per eam regenera-
tus est in spem vite quem natura filium ire nunc carnalis ediderat. Vide-
bit ergo iam si fuerit qui revelatos habeat oculos cordis et spiritualiter in-
tueatur horrendum omnino monstrum corpus hominis caput autem demonis habens.
Non solum autem sed etiam erunt sine dubio novissima hominis illius peiora prioribus
in vipereum illud caput quod prius fuerant aptatum non absque sepe ingrossi
venerat. Quis non solo tremiscit audire? Tollens membrum christi faciam
membrum demoniorum? Abscisus a corpore salvatoris sathane misceri merear
abhorreo? Sit procul a nobis semper execranda illa commutatio fratres. Michi
omnino adherere tibi bonum est o caput gloriosum et benedictum in secula in
quo et angeli prospicere concupiscunt. Sequar te quocumque ieris. Si tran-
sieris per ignem non evellar a te nec timebo mala quoniam tu mecum es.
Tu dolores meos portas et pro me doles. tu prius transis per angustum
passionis foramen ut latum prebeas sequentibus membris ingressum. Quis nos
separabit a caritate christi? Ipsa enim est per quam omne corpus connexum
et constructum crescit. Hec gluten bonum cuius meminit psalmista hec per
quam bonum est et quam iocundum habitare fratres in unum. Hoc unguentum quod de-
scendit a capite in barbam descendit etiam in ora vestimenti ut ne minima
quidem fimbria careat unctione. In capite siquidem plenitudo gratiarum
de qua accipimus omnes. In capite universitas misericordiarum. In capite thesau-
rus fons pietatis divine. In capite affluentia totius spiritualis unguenti sicut
scriptum est. Unxit te deus deus tuus oleo leticie pre participibus tuis. Ipsum
tamen quod totum copiose perunxerunt caput maria unguere non verebatur. Calum-
niantur quidem discipuli sed respondit pro ea veritas quia bonum opus sit